

10 argentarius apud omnes ordines graciosus, piscatores ad se convocavit, et  
11 ab iis petivit, ut ante suos hortulos postridie piscarentur, dixitque quid eos  
12 facere vellet. Ad cenam tempori venit Canius; opipare a Pythio apparatus  
13 convivium, cumbarum ante oculos multitudo, pro se quisque, quod  
14 ceperat, adferebat; ante pedes Pythi pisces abiciebantur.  
15 Tum Canius 'quaeso', inquit, 'quid est hoc, Pythi? Tantumne piscium?  
16 Tantumne cumbarum?' Et ille: 'Quid mirum?' inquit. 'Hoc loco est  
17 Syracusis quidquid est piscium, hic aquatio, hac villa isti carere non  
18 possunt.' Incensus Canius cupiditate contendit a Pythio, ut venderet.  
19 Gravate ille primo. Quid multa? Impetrat. Emit homo cupidus et locuples  
20 tanti, quanti Pythius voluit, et emit instructos. Nomina facit, negotium  
21 conficit. Invitat Canius postridie familiares suos, venit ipse mature,  
22 scalmum nullum videt. Quaerit ex proximo vicino, num feriae quaedam  
23 piscatorum essent, quod eos nullos videret. 'Nullae, quod sciam,' inquit  
24 ille, 'sed hic piscari nulli solent. Itaque heri mirabar quid accidisset.'  
25 Stomachari Canius, sed quid faceret? Nondum enim C. Aquilius, collega et  
26 familiaris meus, protulerat de dolo malo formulas; in quibus ipsis, cum ex  
27 eo quaeretur, quid esset dolus malus, respondebat, cum esset aliud  
28 simulatum, aliud actum. Hoc quidem sane luculente, ut ab homine perito  
29 definiendi. Ergo et Pythius et omnes aliud agentes, aliud simulantes  
30 perfidi, improbi, malitiosi. Nullum igitur eorum factum potest utile esse,  
31 cum sit tot vitiis inquinatum.

*Cicero, De officiis 3.58-60*

### Tekst 3

---

*Zijn alcoholisten per definitie loslippig, of zijn er ook aan wie je best een geheim kunt toevertrouwen? Dat laatste is het geval, zo meent Seneca, en als voorbeeld daarvan beschrijft hij in onderstaande tekst Piso en Cossus, twee stadsbestuurders uit de tijd van keizer Augustus en Tiberius.*

1 L. Piso, urbis custos, ebrius, ex quo semel factus est, fuit. Maiorem noctis  
2 partem in convivio exigebat. Usque in horam sextam fere dormiebat: hoc  
3 eius erat matutinum. Officium tamen suum, quo tutela urbis continebatur,

4 diligentissime administravit. Huic et divus Augustus dedit secreta  
 5 mandata, cum illum praeponeret Thraciae, quam perdomuit, et Tiberius  
 6 proficiscens in Campaniam, cum multa in urbe et suspecta relinqueret et  
 7 invisā.  
 8 Puto, quia bene illi cesserat Pisonis ebrietas, postea Cossum fecit urbis  
 9 praefectum, virum gravem, moderatum, sed mersum vino et madentem,  
 10 adeo ut ex senatu aliquando, in quem e convivio venerat, oppressus  
 11 inexcitabili somno tolleretur. Huic tamen Tiberius multa sua manu scripsit  
 12 quae committenda ne ministris quidem suis iudicabat: nullum Cosso aut  
 13 privatum secretum aut publicum elapsum est.

*Seneca, Epistula 83.14-15*

*Aantekeningen*

- regel 1* **ex quo semel factus est** vanaf zijn eerste kennismaking met alcohol
- regel 2* **hora sexta** het middaguur
- regel 3* **matutinum** ochtendbesteding
- regel 4* **contineor + ablativus** opgenomen zijn in
- regel 5* **et** *Onvertaald laten*
- regel 5* **perdomuit** *Onderwerp: Piso*
- regel 5* **et Tiberius** en Tiberius deed hetzelfde
- regel 6-7* **multa et suspecta et invisā** een situatie vol achterdocht en haat
- regel 8* **Puto** volgens mij
- regel 8* **illi** *verwijst naar* Tiberius
- regel 8* **cedo** aflopen
- regel 8* **fecit** *Onderwerp: Tiberius*
- regel 11* **tollo** wegdragen
- regel 11* **Huic** *verwijst naar* **Cossum** (*regel 8*)
- regel 11-12* **multa quae committenda iudicabat** veel dingen die, naar zijn oordeel, toevertrouwd konden worden